UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

81. Captivi Cives. Intercedente Capitulo. E custodiâ dimittuntur. Acclamatio Juventutis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68495

Visual Library

1661. *Senatûs, P.Q.M. Juramẽtum.*

Aprili fidem Principi Senatus, Populuſq
ſcripto addidixerit, quando luberet, ju
mento firmandam; viſum hoc tem
Chriſtophoro Bernardo opportunum,
hanc ipſam hodie promiſſionem pub
fidelitatis, reverentiæ & obedientiæ ſa
mento conſtabilirent. Exinde prælect
jurisjurandi formulam, Senatus, Popu
erectis in altum digitis, & voce aliqu
elatiore, conceptis verbis repetivit.

81. *Captivi Cives.*

Quinque ab hinc diebus, è civ
numero ſeni, qui tumultuum, turbar
vel authores, vel incentores habiti, mi
manu in cuſtodiam rapti erant. Et qu
quam capitis quidem pœnâ liberos,
tamen extra ordinem multandos ex paſſ
ne nuperâ haud ignorarent, conſtans p
roſque metus conſternârat, ne ſub h
Principis ingreſſum, conſpectui omni
in propatulo expoſiti, infami æterni
notâ aſpergerentur. Senatores de Conc
vibus anxiè ſolliciti exoraverant pridiè Ca
thedrale Collegium, ut pro reis eſſet apu
Principem interceſſor.

Intercedente Capitulo.

Dicto igitur Sacramento, Albertu
Boickhorſtius Canonicorum Cathedraliu
Orator, ad pegmatis pedem venerabun
accedit, ac Collegii nomine benignitatem
Præſulis implorat, ut cujus nutui civem ac
Civitatem divina bonitas ſubjeciſſet, cle-
mentiam paucorum adhuc reſervatione ob-
ſcuratam,

 1661.

ſcuratam, ſeu radios Sol, in omnes explicaret, reúmque civem gratioſâ erratorum condonatione in gratiam reciperet, aut ſaltem uxoribus, liberíſque reſtitutum cuſtodiâ liberaret. Id exigere communem hodie lætitiam, & ipſo favente cælo ſolennis hujus diei ſerenitatem.

Quem cum perbenignè Princeps audiiſſet, oratione & interceſſione commotus, per *Batzium* reſpondet, eatenùs liberationem decerni, ut ſufficiente vadimonio, ſui in Urbe moram ſontes adſtruant, donec cum Fiſco de multâ, quam forſan exacturus veniret, anteà conventum ſit. Dein *Plurenio*, ut detentos actutum è cuſtodia dimittat. Viſa ad hanc Principis indulgentiam circumſtantium pectora liquefieri, & multorum oculi erumpentes præ gaudio lacrumas ſtillare. *E cuſtodiâ dimittuntur.*

Adoleſcentes è nobili Gymnaſij Societatis JESU juventute mox quatuor ſe pandunt, qui carminibus ab ipſo, crediderim, Apolline dictatis, Chriſtophorum Bernardum, *Virtute Principem, Clementiâ Victorem* ſalutant, portáſq;, muroſq; promunt, & Urbis tecta ad ingreſſum invitare, imò ipſam ſuis, ſi natura pateretur, Urbem ſedibus exituram, oblaturámq; lauros, & myrteas, muraléſque Ovanti coronas. *Acclamatio Juventutis.*

Decantatis his verſibus in ordinem

 diſpo-

82. *Ordo ſupplicationis.* diſponitur ſupplicatio. Jam enim *Catecheſes*, in ſuam quáſque paræciam, reducebant è *Societate JESV Religioſi*. Monachos anteibat eximij *Prædicatorum Dominici* familia. Hanc ſequebatur humilis *Capucinorum* ordo. Cui inſiſtebant magni *Franciſci* ſequaces, qui à *Strictiore Obſervantia* nomen mutuantur. Dein Minores ejuſdem Patriarchæ, quos *Conventuales* appellant, Religioſorum hac in Urbe ſeniores. Quorum veſtigia legebat ſacer *Eccleſiaſticorum cœtus*, quotquot præſentes erant Sacellani, Vicarij, Curiones. Poſt hos uſitato more gradiebantur *Canonicorum* in Urbe Collegia. Primò *Sanctiſſimæ Trinitatis ad Fontem ſalientem* pluvialibus albi coloris amicti; & his à Dominicanis præferebatur argentea Divi *Joſephi* Nutritij Salvatoris ſtatua. Proximè iis, numeroſiores quidem reliquis, ſed fundatione juniores, *Divi Martini Collegæ* pluvialibus damaſcenis candidi coloris ornati; ante quos deportabant *Capucini* ejuſdem Præſulis ac Patroni cum ſacris lipſanis ex argento ſimulacrum. Tum *Ludgerianos* polymitis pluvialibus veſtitos decorabat pretioſior Divi *Ludgeri* tumba ab *Obſervantibus* geſtata. Hanc cum *Mauritianis*, quos holoſerica pluvialia rubri coloris decorabant, iterum excepit argentea, humeris *Conventualium*

impoſita